

# Mythologia, Venise, 1567 - IV, 06 : De Prometheo

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X**

*Ce document a pour résumé :*

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[37\] : De Prometheo](#)

---

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IV**

[Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 06 : De Prometheo](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IV**

[Mythologie, Paris, 1627 - IV, 07 : De Prométhée](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IV**

[Mythologie, Lyon, 1612 - IV, 06 : De Prométhée](#) est une transformation de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 97<sup>v</sup>-103<sup>v</sup>

## Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Prométhée](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

## Mythologia.

- monstrum Dii boni. Quis non intelligat mirificam quandam sapientiam sub hac fabula occultari? Nam ciuitas illa, in qua religio, ac Deorum metus par uisat, in qua sapientia desit in rebus publicis administrandis, in qua iustitia nulla sit, in qua non viri boni, sed opulenti & gratiosi summæ rerum præficiantur, diutius consistere non potest. At ubi sapienter omnia gubernantur, neque ulli impune fit iniuria, tunc inuictatum persistit Palladium, neque ulla vis est humana, quæ ciuitatem illam vel possit vel cupiat euertere. Quod si Paris vel res alienas per iniuriam non attigisset, vel si Priamus male ablatas reddidisset, & eandem rationem securi fuissent potleri, nunc etiam staret amplissimum Troianorum Imperium. Dicitur Palladium è cælo delapsum, quia res diuina sit sapientia, & quod initium sapientix est timor domini Dei nostri. Hæc necessaria est terram colentibus, hæc nauigantibus, hæc artes exercentibus, cum omnia sapientix pareant, quod ex Mineræ cognomina significarunt. Non de fuerunt tamen, qui Minervam esse crediderunt vim Solis, quæ mentibus humanis sapientiam infundat, cui multos angues tribuerunt ob flexum solis cursum in signifero circulo. Splendorem clypei clarissimam solis naturam putarunt. Gorgonia caput in pectore gestabat, quia nemo contra solis claritatem aciem oculorum intendere impune potest. Hæc nata est è Iouis capite, è summa scilicet ætheris parte, quæ purissima est, paræque sibi vires Iupiter impertiuit, quoniam post Deum ipsum omnium agentium in res humanas vis solis potentissima est, quæ facit ut aliæ res intereant, aliæ orientur, semperque nouetur præsentium rerum vicissitudo. Atque de Pallade satis, nunc de Prometheo dicamus.

De Prometheo.

Cap. VI.

- A**T qui Prometheum omnes consentiunt Iapeti fuisse filium, sed de matre magna est controuersia, siquidem, ut aliis placuit, Afrix Nymphæ filius fuit, alii ex Alope, alii ex Themide natum esse poterunt. Hesiodus  
 30 in Theogonia Clymenes & Iapeti filium fuisse scribit in his;

*κλυμένης Ἰαπέτου καλλίχροιο δαίμονος  
 ἑξ ἄφροδος ἀλοπύτου, καὶ ἑκείνης ἄφροδος Ἰαπέτου.  
 ἧδ' οἱ ἀφ' ἄφροδος κροταρὸς ἔφρα σὺν ἄφροδος παῖδ' ἔφρα.  
 ἔφρα δ' ἄφροδος ἔφρα σὺν ἄφροδος ἔφρα.  
 Πυθίης ἀφροδος, ἀφροδος ἰαπέτου δ' ἔφρα.*

Iapetus Clymeno duxit dehinc Oceaninen  
 Perpulchram, simul hique thorum prestere ingalem.

Mox Atlanta parit prudentem, deinde Menxtri  
 Te genuit, pariterque Prometheu callida cui mens.

- 40 Hinc Epimetheus exoritur, quem fallere promptum est.  
 Fuit autem Iapetus vnus è Titanibus, qui aduersus Iouem arma sumpserunt, de quo ita Virg. in primo Georg.

tum partu terra nefando

Cumque, Iapetumque creat, suumque Typhza.

Quæ cum herbas, quas colligebat Medea, recenseret, Apollonius, & inter illas quasdam, cuius vires prior obseruauerat Prometheus, vel ut alii maluerunt, rem fabulosè explicantes, ex ipso Prometheo natam nominaret, illam Titanidem vocauit ita in lib. tertio;

page

*Terribili tremuit mugitu terra sub ipsa  
Radice iocifa Ticanide . at ipse dolore  
Filius Iapeti gemit , tenuitq; querelas.*

Hic habuit vxorē Asiā, vt inquit Herodo. in Melpomene, & præterea He-  
sionem, & Axiotheam, vt Isacius meminit. Habuit sororem Ephyrā, fratrē  
Epimetheum, Buphagum, Menæxiū, Atlantem, & alios complures: nam ad  
triginta fratres fuisse dicuntur. filium habuit Deucalionem, de quo ita Apol-  
lon. lib. 3.

*Terribili tremuit mugitu terra sub ipsa  
Radice iocifa Ticanide . at ipse dolore  
Filius Iapeti gemit , tenuitq; querelas.*

Hic ipse Prometheus

Filius Iapeti genuit mox Deucalionem  
Primus templā Deis , primus qui condidit vrbes.

Habuit filium præterea Lycū & Chimaerum e Celeno, Hellenem e Pyrrha,  
a quo dicti sunt Græci. Suscepit ex alia Nympha etiam Theben, quæ nomē  
dedit Thebanæ vrbi, Hic fertur homines primum e luto finxisse, & vniuersi  
generis hominum fuisse patens, vel potius artifex, quod ita testatur Ouid. in  
libro primo maioris operis;

*Sive recens tellus , seducta; q; super ab alto  
Aethere cognati retinebat semina cæli.  
Quam satos Iapeto mittam flauialibus undis  
Fincit in effigiem moderantum cuncta Deorum .*

Nam fama est Prometheum cum hominem fingeret portiones captas e sin-  
gulis elementis suo operi admiscuisse; atque pro ipsorum elementorum tē-  
peramentis non solum vires singulis corporibus addidisse, sed etiā motus ani-  
morū, & mores. Qui vero etiam magis fabulosē rem aggressi sunt explica-  
re, dixerunt timorem lepore, alluriam vulpis, pavonis ambitionem, rigidū  
feritatem, leonum iracundiam & magnitudinem animi fuisse hominibus ab  
ipso Prometheo iniunctas: quod ita significauit Hora. in primo Carminum;

*Fertur Prometheus addere principi  
Limo coactus particulam vndiq;  
Defectam; & insani leonis  
Vim stomacho apposuisse nostro.*

Nam memoriæ prodidit in Phocæicis Pausanias non procul a Panopenibus  
apud torrentem quendam saxa fuisse ingentia, reliquias creditas eius luti, e  
quo Prometheus vniuersum genus hominum finxit. Hunc poetica quadam  
cum suauitate reprehendit Propertius in lib. 3. quia cum plurimum operæ  
in corpore hominum rectē formando consumpsisset, mentem neglexerit, in  
qua scitē & optimē formanda totum studiū erat adhibendū; sic enim inquit;

*O prima infelix fingenti terra Prometheo,  
Ille parum cauti pectoris egit opus.  
Corpora disponens, mentem non vidit in arte.  
Recta animi primum debuit esse via.*

Dicitur Prometheus aliquando duos tauros Ioui immolasse, atque eorum  
Bb a carnes

# Mythologia

carnes ab ossibus diuisisse: tum in alteram pellium carnes, in alterā ossa in-  
 cluisse; deinde Ioui dedisse optionem vtrum mallet taurum eligendi. Iupī-  
 ter capta optione cum dolos eius viri grauius ferret, vt in illam opportuni-  
 tatem vltionis nactus videretur, ossa elegit, atque illa fraude iratus ignem  
 mortalibus eripuit, vt testatur his verbis Hesiodus in Theogonia;

10  
 ἔφ' ἦν γὰρ πάρος ἔτι καὶ ἔσκε κρεὶ ἄρουρ  
 ἢ ἔτι κατὰ θεῶν καλοῦσθαι γαστέρας.  
 τῶν δ' αὖτ' ἔβλεψεν ἄνθρωπος δόλιον ἔργον  
 Ἐπειταίης, κατὰ θεῶν καλοῦσθαι ἀμύσει δόλιον.  
 Δὲ πένε μιν ἠρηνοῦσι πατρὶ ἀδ' ἄρουρα δὴ δ' ἄρουρα.  
 Ἰσπαντοῖα πατρὶος ἀρηνοῦσι δ' ἄρουρα.  
 Ἄρουρα δὲ ἰσπαντοῖα δὴ δ' ἄρουρα ἄρουρα.  
 Pelle sub hac bubula carnes, & pinguis cuncta  
 Viscera composuit, rectèque ligauit in vnam.  
 Altera repleta est, quæ condidit arte dolosa,  
 Ossibus, isque adipis tectis candore supernè.  
 Talla deiode refert hominum pater, atque Deorum;  
 Iapetoniade cunctorum maxime Regum  
 Stulte, quid has partes componis ita arte dolosa?

20 Cum verò iratus Iupiter illa de causa ignem hominibus rapuisset, fer-  
 tur Prometheus Mineræ auxilio ascendisse in caelum, ibique ferula ad cur-  
 rum solis adnota ignem sursum in terras detulisse, quod inquit Horatius in  
 primo carminum,

Audax Iapeti genus  
 Ignem fraude mala gentibus intulit.  
 Post ignem ætheria domo  
 Subductum

Id cum rescuisset Iupiter Vulcano imperauit vt formidam è luto compone-  
 ret, quæ cum astutissima esset & omnibus artibus à Diis donata, vocata fuit  
 30 Pandora. Neque ante illam exitisse formidam sexum crediderunt, vt testa-  
 tur Pausanias in Attica. Hanc fabulantur missam fuisse à Ioue ad Prometh-  
 eum cum omnibus malis in vasculo inclusis, quod munus cum sprecuisset  
 Prometheus, illa ad Epimetheum contendit, qui dempto vasculi operculo  
 omnia mala euolare sentiens, vix vltimam, & in imo residentem spem oclu-  
 sit, cum qua vas illud seruauit. Cum vero Prometheus Iouis munus reiecisset,  
 quod insidias formidaret, dicitur à Mercurio Iouis iussu ad Caucasum  
 montem adductus, & in spelunca, quæ erat apud Paropamisadas, vincus,  
 vt testatur Strabo lib. 17. ne tantum furtum videretur impune contra Iou-  
 is voluntatem commisisse. dicunt præterea huic additam fuisse aquilam,  
 40 quæ iecur illius assiduè renascens laniet ac deglutiret, vt ait Apollon-  
 nius lib. secundo.

καὶ δὲ κακοῦτος ἦν ἔργον ἀντιθέλοντι γένεσι  
 ἀνθρώπων, ἠδὲ τῶν κατὰ θεῶν καλοῦσθαι πατρὶος  
 ἀλλ' ἔργον ἄλλοις, ἢ ἄλλοις αἰετὸς περιεβόη  
 Αἰετὸς ἔπειτα φέρετο κατὰ μῆκος ἰσπαντοῖα.  
 Exoriebantur rupes, & grandia montis  
 Culmina Caucaſi, vinculis vbi membra Prometheus  
 Præduris, serroque miser iacet ipse ligatus.

Sxpius

Sæpius atque aquillam redeun tem pectore pascit.

Erat enim columnæ alligatus, neque villo pacto se mouere poterat: cui quantum iocinoris per diem ab aquila consumebatur, eâundem per noctem excrescebat, ne vnquam doloris materia deficeret, vt ait Hesiod. in Theog.

Διὸς δ' ἀδύνατος ἄνθρωπος, ἀφροσύνην περὶ κλέψιδος.

Διουμίο ἀφροσύνην ἔχει, μάλιστα δὲ κλέψιδος.

ὅστις δὲ κλέψιδος ἀφροσύνην ἔχει, μάλιστα δὲ κλέψιδος.

ὅστις δὲ κλέψιδος ἀφροσύνην ἔχει, μάλιστα δὲ κλέψιδος.

ὅστις δὲ κλέψιδος ἀφροσύνην ἔχει, μάλιστα δὲ κλέψιδος.

Implicat indomitis, ne scitq; Promethea vinclis :

10

Astrictumq; columna tenet medium . fera semper

Pascitur immortale iecur Iouis ales : at illud

Deficit haud vnquam : nam quantum luce volucris

Carpsit, huic misero tantum nox vda reponit.

Duris autem Samius scriptum reliquit non ob ignem raptum, sed quia Palladem amauerit Prometheum coniectum fuisse in vincula, & ita excruciatum: cuiusce rei facit argumentum, quia ad montem Caucasum habitantes populi soli Ioui & Mineræ non sacrificabant, vt illius supplicii autoribus, cum eximie colerent Herculem, qui Prometheum è vinculis liberasset. Fabulam quandam attigit Nicander in Theriacis, quæ apud antiquos circumferebatur, quod ingrati homines, ad quos ignem Prometheus detulerat, furtum Promethæi Ioui indicantur, pro qua accusatione premium perpetuam iuuentutem à Ioue impetrarunt. Hanc igitur cum super asello clicellario imposuissent redeuntes, asinusque graui liti in itinere laboraret, ad fontem quendam peruenit, vbi serpens ne ad aquam accederet prohibuit, nisi prius pacto precio. Tum vero pactus est asinus se quodcunque haberet esse daturum, ne fitti periret, inde senectutem exeunt quotannis serpentes, ac fiunt iuuenes. Sic fabulam describit Nicander ;

Ὁ γὰρ ἄρα ἀπὸ τοῦ ἀσπίου κλέψιδος.

Fabula per iuuenes celeberrima oberrat, vt olim

30

40

Fratribus imperia diuisit maximus xuo

Vnus natorum Saturni . præmia honorisq;

Indicium cepere domestica turba iuuentam .

Mortales preciosa Deum . sed munera posthæc

Dementes carpsere ; nihil inuere querelæ .

Nam tardi dorso imposuerunt pondus aselli

Dona Dei ; cui sicca liti præcordia vbi essent

Ad

## Mythologiæ.

Ad fontem properat . prægrandem hic reperit anguem ;  
 Quem supplex oravit opem sibi ferre : sed ille  
 Quod gesset precium lymphæ , pondusq; petiuit .  
 Ille siti pressus facile annuit ista petenti .

Quare merito Prometheus de hominibus ingratis queritur , ut scripsit Iu-  
 lianus poeta in eo Epigrammate ;

τι χιόνι παρὰ τὸν ποταμὸν φερθεῖσθαι , καὶ ἀπὸ τῆς χιόνος  
 χρὴ ποτόν , ἀλλὰ τὸν ποταμὸν ἐπιβῆναι .  
 ἢ μὲν ποτὸν ἀπὸ τῆς χιόνος ποίησιν , ἢ τὸν ποταμὸν  
 ἀπὸ τῆς χιόνος ποίησιν .

10

Lumina sunt artis nobis inventa : sed ignis ,  
 Arsq; repertori grandis damna ferunt .

Ingratum genus est hominum , si pœna Promethæo  
 Tanta repertori , pro meritisq; dolor .

Nam si qui beneficium acceperant non tales fuissent , quales diximus , quo  
 pacto ingrati possent appellari ? Scripsit tamen Pausanias in rebus Corin-  
 thiorum non Promethæi , sed Phoronei cuiusdam ignem fuisse inventum ;  
 quare apud Corinthios templum fuit Apollinis Lycii , in quo statua erat  
 Phoronei ignem accendentis . Torquebatur Prometheus ab aquila illa in  
 20 Scythiam supra Caucasum montem deportatus , ut ait Lucianus in Promethæo , & de Sacrificiis . At Menander suavis-  
 simus poeta merito torqueri Pro-  
 metheum inquit , non quia ignem , sed quia multo gravius malum , quia scem-  
 inam scilicet : omnium humanarum calamitatum autorem , & scelestû om-  
 nino animalis genus invenerat , ut est in his ;

ὅτι τὸν ἀλάστον ἀπὸ τῆς ἀλάστορας  
 τῆς φωνῆς τῆς ἀπὸ τοῦ ἀλάστορος τῆς φωνῆς  
 ἐπιβῆναι τὸν ἀλάστον ἀπὸ τοῦ ἀλάστορος  
 ἢ τῆς φωνῆς τῆς ἀπὸ τοῦ ἀλάστορος  
 τῆς φωνῆς τῆς ἀπὸ τοῦ ἀλάστορος  
 τῆς φωνῆς τῆς ἀπὸ τοῦ ἀλάστορος

30

Ergo immerentem dicunt Prometheum  
 Pendere fixum Caucaſi de rupibus ?  
 Repertus ignis huic , aliud nihil boni .  
 Sed , quod Deos odisse cunctos credidi ,  
 Invenit idem sceminas . o Dii boni  
 Genus scelestum .

Huic ipsi Promethæo ara fuit in Academia cum Vulcano & Pallade commu-  
 nis , ut ait Sophoclis enarrator : fuitq; , ut scripsit Lysimachides , Vulcano  
 multo antiquior Prometheus , cuius statua cum sceptro in dextra manu eri-  
 40 gebatur . Scriptum est à Pausania in Atticis non solum aram illi fuisse ere-  
 ctam in Academia , sed etiam Lampadiferorum cuius certamen inde ince-  
 pit , qui in urbem accensas faces deferentes decurrebant ; in quo certami-  
 ne studebant ut accensæ faces servarentur . Nam cuius fax extincta fuisset ,  
 is victoriam succedenti concedebat , atque hic eodem modo sequenti si sua  
 extingueretur , & reliqui eodem ordine . Quod si nemò accensam facem tu-  
 lisset , palma in medio relinquebatur . Atque hæc fiebant in honorem Pro-  
 methei , quod is omnium artium fontem & autorem ignem putabatur inue-  
 nisse , ut ait Aeschylus in eius nominis Tragedia ;

D 239



## Mythologiæ.

Sensisset, vllum non erat remedium.  
 Nulla vntio, nullum fuit potabile  
 His pharmacum. arebant prius quam ipsis ego  
 Commissione pharmacorum protuli,  
 Omnes quibus leuantur xgritudines.  
 Modosq; multos vaticinandi repperi.  
 Quæ sint puranda vera dixi somnia,  
 Quæ sint viarum signa, quæ sint omina.  
 Tum diligenter qui volatus dexteri  
 Sint, quæ sinistra nominantur alites:  
 Quis singulorum victus, & benignitas  
 Inter se, odiumue, primus ipse competi.  
 Tum qualia extra sint, colores qui Deis  
 Grati magis videntur immortalibus.  
 Bili decora forma, quæ fibrisue sit.  
 Ostendi ego quo sacra ritu conuenit  
 Imponere aris, vtere atq; victimas.  
 Artemq; feci ex his ego mortalibus.  
 Hæc nota secl, quæ fuere incognita.  
 Hæc sic habent: quid proferam quot commoda  
 Educta sunt per me sub humo latentia?  
 Ferrum, vel argentum, vel aurum, vel quis æs,  
 Ne mentiatur, repperit? quis me prior?  
 Nemo profecto, si velis mentirier,  
 Vt cuncta dicam, pluribus ne te mores,  
 Artes repertæ quæque sunt Promethei.

- 10  
 20  
 30  
 40
- Memoria prodidit Paul. in prioribus Elizeis inter extera Herculis facinora illud quoque cenferi, quod aquilam sagitta transfixerit, Prometheumque è vinculis exemerit: quod testatur est Pherecydes in lib. 10. de Nuptiis Iunonis, qui à sole Herculem poculum accepisse scribit, ac in eo nauigasse per Oceanum, qui est extra terras cum ad aurea mala Resperidum contenderet: à quo etiam Prometheo postquam fuit è vinculis liberatus, viam didicit eò tendentem. Lucianus vero in Dialogis Deorum Prometheum à Ioue solum fuisse scribit, quoniam illi vaticinatus esset, quod si rem cum Nerine Nympha haberet, futurum erat vt filius nasceretur, à quo eadem Iupiter pareretur, quæ ab ipso passus furrat Saturnus. Atque hæc hactenus fabulosa dicta sint de Prometheo; nunc quid illa significant, explicemus. Est autem Prometheus, vt sensit Zexes, mens, quæ res futuras multò ante præuidet: sicut Epimetheus cognitio quam acquirimus post rerum euentus, cuius filia est Penitentia. Orpheus tamen in hymno in Saturnum, Prometheum tempus esse, huc Saturnum potauit, cum ira inquit;

Rhex coniux alme Prometheu.

Est enim tempus rerum omnium & artium magister & inventor, vt dictum est de Prometheo. Dicitur fuisse filius Iapeti, qui nihil aliud est, vt sensit Proclus, nisi celestissimus motus cœli, & huius vniuersi: qui vocatus est Iapetus apud Græcos, à motu scilicet & volatu. cum Prometheus igitur ex Iapeto matre Themide oriatur, vrit optimus affectus in ani-

in animis nostris, qui ex impressione coelorum nobis nascitur; mater iustitia  
 æque æquitas, è quibus bona consilia, & prudentia tum in rebus privatis,  
 tum etiam in publicis administrandis, & rerum humanæ vitæ necessariorum  
 inventiones exurgūt. Nam nisi sit ratio in nobis Prometheus diuinitus im-  
 missa, & ex æquitate, iusticiaque exorta, ac quasi rerum futurarum præcogni-  
 tio, quo pacto erit Prometheus, aut quo eorum parentum filius? Alii Cly-  
 menen matrem Promethei putarunt, quoniam æquitas omnes ad se aduocet,  
 vel quia ab omnibus audiatur, qua etiam de causa Clymenus dictus est Plu-  
 to. Qui aliarum filium putarūt, in eandem sententiā sensim delabuntur.  
 Quod Prometheus hominem finxerit, cui singulorum animalium particu-  
 las adiunxerit, quid aliud significat, quam prudentiam multas mutationes  
 animis nostris imprimere? alii rem hanc ad historiam magis transfulerunt;  
 dicuntque illos è Græcis sapientibus, qui mundum aliquando cœpisse puta-  
 runt, humanæ vitæ initia per hanc fabulam explicasse. Nam cum primum  
 aer & aqua & ignis secesserunt inuicem, terraque limosa ac tenera adhuc il-  
 lis omnibus substitit, membranas quasdam ex ipsa terra natas autumant, ex  
 quibus per diem à sole calefactis, luxque humoribus nutritis, varia ani-  
 malium genera pullularunt. Ex his igitur post incrementum disruptis pu-  
 tantur homines exiisse. Verum terra postea calore solis paulatim exiccata  
 cessauit & ipsa è terra generatio, & animalia ex mutuo congressu cōiunctio-  
 neque sunt orta. Tunc verò homines simplices neque arandi viam neque ar-  
 tem ullam sciebant; neque morbos esse aut mortem opinabantur, sed in ter-  
 ram collapsi ignari quid sibi accidisset, expirabant; vivebantque ferarū mo-  
 re aggressium arborum fructibus aut oleribus vespentes, nudique aduersus  
 feras nudis manibus pugnabant. Hi cum nullam omnino futuri temporis  
 haberēt rationē, nullis fructibus in hyemem reseruatīs inedia per hyemem  
 multi eorum absumebantur. At experientia paulatim necessitateque magi-  
 stra & cauatas arbores ingressi sunt, & speluncarum beneficio ab aeris iniu-  
 ria protegebantur: quod genus vitæ debebāt omnium fraudum & ignis ex-  
 peri: neque quid essent leges, quid Reges, quid furta, quid cædes, quid mi-  
 litia cognorant. Verum cum diuturna incommoda illos prudentiores fecis-  
 sent, (nihil enim facit magis ingeniosos, quam pericula & difficultates.) di-  
 ctus est Prometheus siue prudentia ignem inuenisse, & per illum postea om-  
 nes artes, quibus humana vita excolitur. Nulla enim propè est ars, quæ  
 igne non egeat. Quod verò Prometheus homines ad urbaniorē vitam è syl-  
 uis euocauerit, iisque domos extruxerit, quod illorum linguam formauerit,  
 quod illos rationes siderum docuerit, quod literarū cōpositionem inuen-  
 rit, ipse testatur ita apud Aeschylum;

10

20

30

ἢ πάντα μὲν βλάπτει Ἰδαίην μέγαν  
 εὐνοίαν τὰ κακὰ. ἀλλ' ἰσχυρὸς,  
 Ἀλλήλων μὲν φάσει, τίς μὲν χρίσι  
 ἰσχυρὸν ἢ καὶ πάντα, κίοντα σαρκοδρόμῳ  
 Δέμῳ σαρκοδρόμῳ ἴσως, τὸ Ἰδαίην μὲν  
 κατὰ μὲν δ' ἴσως δὲ εὐνοίαν  
 μὲν μὲν πᾶσι τῶν ἰσχυρῶν ἀσπίδι,  
 ἢ δ' ἰσχυρῶν τῶν χάρων τῶν μὲν,  
 τῶν ἀσπίδων ἴσως, τῶν κατὰ μὲν  
 Δίῳ μὲν φάσει. ἀλλ' ἰσχυρὸς τὸ πᾶν

40

Cc ἰσχυρῶν

# Mythologia.

ἔργασται, ἵνα δούρη ἀπειλαῖς ἔσθῃ.  
Ἄτρυον ἴδουσα, τὰς ἑὸν ἀνακρίτους δόσεις  
ἤσθῃ καὶ ἀριθμῶν ἴσχυος σφραγιστάων,  
ἵψουρος ἀντίαι, γράμματάων σφραγιστάων.  
Μνήσκει δ' ἀσπίδων μνησθέντων ἴσχυος  
καὶ ἴσχυος πρῶτος ἐς ἴσχυος καυδάλων,  
ζωήλαται δούλων ἴσχυος, ἴσχυος  
δούλων, μνησθέντων ἀνακρίτους δόσεις,  
γίγασθ' ὄψ' ἄσπιδος ἴσχυος φιλοφίλων  
ἴσχυος ἀνακρίτους ἴσχυος ἀνακρίτους ἀνακρίτους.  
Δολοκατέπληκτα δούλων ἴσχυος, ἀνακρίτους ἴσχυος  
ἀνακρίτους ἴσχυος ἀνακρίτους ἴσχυος.  
Τεταῖα μνησθέντων ἴσχυος τάλων.

10

Videre frustra qui videbant antea.  
Nec audiebant audientes, somniis  
Simillimi turpare cuncta nouerant,  
stultè, indecorè. nec domos effingere,  
Dolare ligna nec sciebant arborum.

20

Formicę vt antra nam colebant concaua :  
Vmbrosa, luce solis & carentia .  
Non vlla cogitatio: nec frigoris,  
Nec floridi veris fuit, nec vtilis  
Aestatis illis. ast agebant omnia  
Vt fors ferebat: donec ipse repperi  
signorum obitusq; ortusq; qui mortalibus  
Sint vtilis : & multitudinem artium  
His repperi, componere inde literas .  
Matremq; Musarum auxi ego Memoriam,  
Perutilem cunctis, ego iunxi prior  
Iugo feroces belluas, quę pro viris  
Ferrent labores, additi sunt curribus  
Equi trahentes, quos habenę flecterent.  
Limuola inde nauitz vehicula  
Inueni ego prior freto currentia .  
Inuenta sunt mihi misello hæc omnia .

30

Fabulati inde sunt antiqui, quod Iupiter ob ignis inuentionem iratus Prometheus omnia malorum genera demisit hominibus: quia nullum est malum quod non ex voluptaria vita, quę multas artes habet omniestas, proueniat. Nam vna cum artibus ipsis, & Reges exorti sunt, & latrocinia, & bella, & sollicitudines animorum eruperunt, & omnia illa denique, quibus humana vita vndique velatur. Dicunt præterea Ioui Prometheus carnes in alteram pellem inclusas, in alteram ossa obtulisse; quia cum voluptatibus & delitiis non solum legum & æquitatis ob spem commodorum, sed etiã Deorum immortalium contemptus in genus humanum irrumpit. Quis enim vere gloriari potest, aut certe quam pauci sunt, qui magis sint solliciti de vero & legitimo Dei cultu, quam de bonitate prædiorum, aut numero pecuniarum? Hęc vna contentio multas fecit hæreses; atque si auaritia & spes diuitiarum priuatorumque commodorum de medio tollatur, collabentur om-

40

nts

nes hærefes facillime, eritque omnibus gentibus vnus Deus, vna religio, vnus ritus, vnus pastor, vnum ouile. Verum ob has fallacias sub forma religionis latentes & bella intellina, & cædes, & calamitates è cælo, & perpetuæ animorum curæ oriuntur, & orientur in posterum, donec hæ avaritiæ radices in animis hominum insidebunt. Nam certe quidem omnes qui dissident à Christi legibus, & à sanctis Romanæ Ecclesiæ dogmatibus, præter illud quòd viri boni esse non possunt; tum id fateantur necesse est (si modo verum fateri velint) se vel avaritiæ, vel ambitione, vel odio quodam proprio, vel inscitia veritatis ductos ab ecclesia Romana, hoc est à Spiritu sancto & ab omnium bonorum cætu descivisse; non quòd ita sentiant. horum nos temeritatem & dementiam aliquando ita reprehendimus in quibusdam carminibus, quæ misimus ad clarissimum virum Valerium Faenzum Hæreticæ prauitatis Quæsitorem prudentissimum apud Venetos, & ob singulares animi sui dotes Romano Pontifici gratissimū, ac bene de me meritum. Sic enim quædam ex illis carminibus se habent;

Improba Lutheri soboles, quæ dogmata Christi,  
Iuraque Naturæ pariter contemnis, & æquum.

Qua tua ferre puras cœlestia numina mente  
Delicta, erroresque modo nos turpia quæque  
Autore te cogente Deo facere inquis: eundem  
Et modo segnitie captum facis, ac nihil illum  
Humanum curare putas. delira vagaris  
Huc illuc, certa que nihil ratione, modoue  
Conatis, de Diis plena inter pocula quæris,  
Fortunæque regi credis moderamine cuncta.  
Sic etenim sentis, sic & fateare necesse est.

Esse Deo si forte putas mortalia curæ,  
Respicere & res humanas; hæc accipe paucis.

Vna fides, vna est pietas, est vna colendi  
Rite Deum ratio: dementia cætera cuncta.  
Quodd si nostra videt summi clementia patris  
Pectora, si exauditque preces diuina potestas;  
Quo magis illa mouet mortalia tempore corda  
Aprè, quam populus cum sacris rite peractis  
Inspirate Deum delectis patribus orat  
Quas statuant leges Christi cultoribus; & quo  
Latecur ritu magis. Hæc sententia cunctis  
Quæ placuit, latam diuino numine remur.

Adde quodd æterni patris, sine labe, carensque  
Sordibus humanis, natus de virginis aluo,  
Filius, has leges primus tulit: vtque colendus  
Sit pater omnipotens docuit. quia legibus orbem  
Viuenti recte instituit, scelerumque profundas  
Radices tetigit, subit sub Rege nefando  
Diræ supplicium mortis. prior edidit aras  
Esse nefas posthac taurorum sanguine tingi,  
Atque alios ritus idem mox protulit, illis  
Nunc colimus sanctum numen. Sic edidit esse

C c a Cuncta

## Mythologia.

Cuncta Deo curæ mortalis, nullus auctus,  
Nullus crudelis potuit quem fallere, nullus  
Impius: huic notæ fraudes sub vulpe latentes.

Nunc quoque Pontifices oderunt impia sanctos  
Sæcula, quod leges curent seruari illas  
Nec mirum. semper probitas inuisa figuris  
Mille fuit scelerum, circumstant plurima namque,  
Est vna, & similis semper sibi viuida virtus.

10

Quos iuuat ebrietas & crapula, sobrius illis  
Displicet; insanumque vocant, solatia vitæ  
Qui non gustarit. Quos vexat dira libido,  
Quos Veneris stimulus, quos immoderatus habendi  
Viget amor, stupidum dicunt, qui temperet illis.  
Sobrius at contra tutus cum saua podagra  
Articulos tumidos fecit, capiti que dolores  
Infestant, tanquam nautas e litore ridet,  
Qui se consulto turbantibus æquora ventis  
Crediderint, quorum prædixit sibilus auras.

20

An quia diuitiis & nobilitate parentum  
Te Latio præstare putas, populisq; Latinis  
Idcirco Christi leges audire recusas  
Vt magis obscuræ venientes gentis ab ore?  
Fabula nobilitas maiorum, & nomina picta.  
Deniq; nobilitas sola est, atque vnica virtus.  
Quid cum diuitiis & nobilitate parentum  
Legibus est sanctis, & veræ religioni?  
Scilicet auratis donantur lancibus aræ  
Munera grata magis superis, iucundaque, quam si  
Fictilibus puris veniant de paupere recto.

30

O vanas hominum mentes, o pectora multo  
Plena mero, quando coelestia numina auara  
Creditis, & pro opibus voces audire precantur.  
Omnibus est idem Deus, est pater omnibus idem.  
Sive decem vertas saxosæ iugera terræ,  
Seu iuga mille bouum tibi sudent pondere aratri,  
Tantundem referes, nec gurges cuncta vorabis.

Munera grata Deo credas, quæ pectore casto,  
Quæ manibus sint lata piis. tolle ambitionem,  
Tolle & avaritiam, quæ Diis inuisa beatis,  
Cuncta regi dices diuino numine rectè.

40

Quod si persistes in eadem mentis iniquæ  
Stultitia, vt rectè vivendi spernere leges  
Libertas sit visa tibi nec iura, nec æquum  
Esse putes, nisi quod libeat; si denique Christi  
Dogmata, Pontificis si spernas iussa, piomque  
Consilium; quanto spargetur sanguine campus  
Teutonicus? video splendentes ære cæteruas,  
Armorumque grauem sonitum, radiosque tremisco.

Alter

Alter ab Eois veniens exercitus oris,  
 Alter ab occiduis, compleuit milite campos.  
 Iam quatiant muros magnò tormenta boatu  
 Bellica, sternunturque solo cum mœnibus vrbes.  
 Seat fumo cœlum, atq; atra caligine nubes  
 Tollitur ira Dei, & crudelis regnat erinnys.  
 Excisi luci veteres, & peruisa cuncta  
 Militibus: fluii non cardant, non iuga montis  
 Villa negant iter; ampla patet via numinis iræ.  
 Ista mouente Deo loquimur, iam dira bipennis  
 Credite adest sterilis radicibus addita plantæ.  
 Dum licet, & veniæ locus est, temeraria vitæ  
 Crimina corrigite, & vestras conuertite mentes  
 In melius, precibusq; piis orate tonantem  
 Ve eladem vertat mox religionis in hostes,  
 Et donet vobis longam per sæcula pacem.

DICTA est Iouis aquila iecur Promethei assidue lacerare, quia prudentiori-  
 bus hominibus mens semper ad varias cogitationes distrahitur. Et quoniã  
 nullus dolus, nullomque latrocinium diuturnam sociam habere tranquil-  
 litatem consuevit, inde traditum est in fabulis, quòd igne inuento Iupiter  
 omnem prioris vitæ tranquillitatem mortalibus eripuit. Crescere per noctē  
 tantum iocinoris solitum Prometheo dicitur, quantum aquila per diem de-  
 glutitur, quoniam natura alterna tempora quieti & animi curis cogitatio-  
 nibusque determinauit. Alligatus columnæ dicitur, quoniam corpori alli-  
 gata est anima, prudentiæ sedes & domicilium, quod ipsum per se est tanquã  
 laxum, cum nullam habeat cognitionem. At hepar est rationis motus, quia  
 nonnulli sapientes id cogitationibus mentis sedem esse crediderunt. Quid ve-  
 rò significant Lampadosoria quæ in honorem Mineræ, Vulcanique & Pro-  
 methei celebrabantur, in quibus cursores accensis facibus currebant? nihil  
 aliud sanè, quàm vniuersum præsentis vitæ cursum esse nobis molestiarũ  
 atque curarum plenum, quæ vbi cessauerint, à cursu ipsius vitæ cessandum  
 est, & succedentibus lampades, lites, morbi, calamitates, animorumque so-  
 licitudines in manus tradendæ. Atque vt summam colligam, significare  
 voluerunt per hæc sapientes maximam esse vitæ præsentis perturbationem,  
 auaritiã cuncta recta subuertere, viris bonis esse semper aduersus difficul-  
 tates pugnandum, omnem mortalium vitam esse curarum plenam; neque vl-  
 li sperandam esse quietem dum viuimus. Hæc sub Promethei fabula, & alia  
 his similia continebantur. Nonnulli tamen ad historiam hæc detorquenda  
 putarunt: quippe cum Cicero etiam libro quinto Tusculanarum Disputa-  
 tionum Prometheum, Atlantem, Cepheum scribat aliosque nonnullos, ob  
 rei astronomicæ peritiã locum fabulæ dedisse. Sic enim inquit; Nec vero  
 Atlas sustinere cœlum, nec Prometheus affixus Caucaſo, nec stellatus Ce-  
 pheus cum vxore, genero, filia traderetur, nisi diuina cognitio nomen eorum  
 ad errorem fabulæ traduxisset. At alii ad alliam historiam transfulerunt.  
 Nam Herodorus memoriæ prodidit in eo libro, quẽ composuit de Vinculis  
 Promethei, Scytharum fuisse Regem Prometheum; qui, cum subditis po-  
 pulis res victui necessarias suppeditare non posset, quòd Aquila fluius ita  
 vocatus illius regionem inundaret, in vincula coniectus à Scythis fuit.

At

## Mythologia.

At Hercules cum eò diuertisset, fluviumque detorsisset in mare, ita ut non amplius inundaret regionem, dictus est interemisse aquilam, & ipsum Prometheum à vinculis liberasse. Aggræus autem libro decimotertio rerū Scythicarum, quia Aquila fluvius optimam atque intimam partem Scythiæ, cui imperabat Prometheus, laniaret, locum esse datum fabulæ scripsit, quod aquila hepate Promethei vesceretur; idque Iouis iussu, quoniam imbres frequentes eius imperum & amplitudinem auergerent. At Theophrastus in quibusdam cōmentariis, quos mihi ostendit Franciscus Caluinus Vrbina, vir optimus, mihiq; amicissimus, scriptum reliquit, Prometheum dictum fuisse ignem ad homines à cælo detulisse, quia rerum diuinarum & philosophiæ cognitionem primus omnium mortalium hominibus ostenderit, primusque oculos illorum ad illa cælestia & sempiterna corpora specularanda erexerit; cui sententiæ assipulantur ea, quæ scripta sunt ab Aeschylō; atq; scripsit Duris Samius, quod ita Prometheus torqueatur, quia Palladem amauerit. At nunc de Atlante dicamus.

*De Atlante.*

*Cap. VII.*

**20** DE Atlante verò quoddam frater fuit Promethei, ac filius Iapeti, & Clymenes vel Asix vel Asopes vel Libyes, dictum fuit superius. Verum ex hac matrum varietate facile conicere possumus diuersos fuisse Atlantes ac Prometheos, cum tamen cæterorum res gestæ omnes ad eius nominis celebriorem deferantur. Habuit Atlas uxore Pleionem Oceani filiam & Tethyos, ut patet in lib. 5. Fallosum apud Ouid.

Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethym,  
Qui terram liquidis, quæ patet, ambit aquis.  
Hinc sata Pleione cum stellifero Atlante  
Iungitur, ut fama est, Pleiadesq; parit.

**30** Suscepit à Pleione septem filias, quas vnâ cum matre cum Orion per quinquennium insecutus esset, ut cum iis congregaretur, illæ Deos tandem precaræ sunt, ne vim Orionis paterentur. Iupiter igitur earum precibus commotus illas inter sydera, ut fama est, collocauit, quarum nomina ita recensuit Aratus in Astronomicis;

*Ἑπτὰ ἀστὲρ ἰσχυρὸν καὶ ἰσχυρὰ,  
Ἐν ἰσχυρῷ ἰσχυρῷ ἰσχυρῷ ἰσχυρῷ.  
Ἀλκυόνη, Ἰνέροπη, Ἐλετράνη, Δία Κελένη,  
Ταυγέτη, Στερόπη, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν Μαία.*

**40** Septem illæ esse feruntur,  
Quamuis sint oculis hominum sex obuia signa.  
Alcyone, Ineropeq; Electraq;, diua Celeno,  
Taygete, Sterope, præclaro lumine Maia.

Quas etiam, cum in capite sint tauri, ita ut dux cornua, dux nares, dux oculos designent, alia in medio frontis, ubi pili vertuntur, collocatæ sint, Atlantidas appellauit Virg. in primo Georg. & sole cum Scorpione exoriente, in vndas cum oppositæ sint demergi inquit, in his;

Ante tibi oæ Atlantides abscondantur.

Fuerunt tamen nonnulli, qui duodecim fuisse Atlantis filias dixerint, & Hyan-